Rothilt lauc. Bernhard lauc.

Nouum opus facere me cogis excuetere
ut post exemplaria scripturarum toto
orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam
et quia inter se uariant. que sint illa que cum
greca consentiant ueritate decernam. Piu⁹
labor sed periculosa presumptio iudicare
de ceteris ipsum ab omnib⁹ iudicandum.

Senis mutare linguam et canescentem
mundū a dimitia retrahere paruulorū;
Quis enim doctus pariter uel indoctus. Cum
in manu sua uolumen assumserit et a salina
quam semel inbibit. uiderit discrepare q̄d
lectitat. non statim erumpat in uocem me
falsarium. me clamitans esse sacrilegum.
Qui audeam aliquid inueteri b⁹ libris addere
mutare. corrigere. Aduersus quam in ui
diam duplex causa me consolatur. Quod
et tu quisum mus sacerdos es fieri ubes.
et uerum non esse quod uariat. Etiam
maledicorum testimonio con probatur.
Si enim latinis exemplaribus fides est ad
hibenda. respondeant. quibus tot

Paderborn, Diözesanbibl., Hs. 8, fol. 2r

2^{ν}

cognoscat. Magnus siquidem hic in nostris co
dicibus error inoleuit. Dum quod in eadem
re alius euangelista plus dixit. in alio quia
minus putauerint addiderunt uel cum eundē
sensum alius aliter expressit ille quum unum
ex quattuor primum legerat ad eius exemplū
cęteros quoque assumauerint emendandos. un
de accidit ut apud nos mixta sint omnia etin
marco plura lucę atq. mathei. Rursum in
matheo iohannis et marci et in cęteris reli
quorum quę in alius propria sunt. inueniantur.
Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt con
fusionis errore sublato et similia omniūm sci
es. et singulis sua quęque restitues. In canone
primo concordant quattuor. matheus. mar
cus. lucas iohannes. in secundo tres. matheus.
marcus. lucas. [illegible]. In octauo duo. lucas.
marcus. In nono duo. lucas. iohannes. Inde
cimo propria unusquisq. quę non habentur
in alius ediderunt; singulis uero euangelius a bu
no incipiens usq. ad finem librorum dispar
numerus increscit. Hic nigro colore per

In.iii. tres Matheus. lucas. ioh. In.iiii. tres Mathe. Marc. Iohannis In.v. duo Math. lucas. In.vi. duo Math. Marc. In.vii. duo Math. Iohan.

Paderborn Diöz.-Arch. Hs. 8, fol. 3v